

Eucharistiā tempore interdicti in alijs Eccle-
sijs, vel priuatis oratorijs, præterquam in die
Paschalis ad eundem modum debere intelli-
gi: id est præterquam in ea communione qua
impletur preceptum communionis in die Pa-
schalis. **Q** uia nisi sic exponamus sequitur il-
lud absurdum quod possunt implere hoc pre-
ceptum in priuato oratorio, & postea inde il-
lo Pasche, nec ibi neque in Parochia com-
municare.

¶ Secundo in fere q̄ ybi est consuetudo
igitima, & prescripta satis faciendi huic pre-
cepto comunicando quolibet die. **Q** uadragesi-
mę qualis est in Coimbrica, & in multis aliis
locis, cum fideles possint se conformare dictę
consuetudini, prout resolutit Naua. c. 21. nū. 45.
& communicate ad effectum adimplendi pre-
ceptum communionis Paschalis in prima die
Cinerum, non poterunt dicti fideles commu-
nicare etiam in die Cineris, nisi in propriis
Parochiis, aut de licentia suorum Parochiorū.

¶ Sed Doctissimus Nauarro in suo Ma-
nuali capit. 21. num. 52. explicans supra dicta
privilegia Nicolai. 5. & Leonis. 10. perdi-
em Resurrectionis non totam Hebdoma-
dam Paschę esse intelligendum; sed tolum dīe

Domi-